



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 10. Alexander Bichius Cardinalis mortuus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. ac demum ab Urbano VIII. Cardinalis  
A. C. 1657. renuntiatus: Interfuit comitiis Inno-  
centii X. Papæ, a quo etiam Interam-  
nensis Episcopus nominatus, hanc Ec-  
clesiam pristino splendori restituit, &  
sui Cleri mores non modo discipline  
legibus, sed præcipue propriæ pietatis  
exemplo correxit, ab omnibus ob viti-  
innocentiam, morumque suavitate  
maximi habitus. Tandem vero mo-  
tuo Innocentio a pluribus Purpuratis  
ad D. Petri Cathedram expetitus, ubi  
dimisso Episcopatu Romam venit, ubi  
tamen asperrimis calculi doloribus con-  
fectus obiit, sepultus in Ecclesia S. Ma-  
riæ super Minervam.

§. X.

*Alexander Bichius Cardinalis  
mortuus.*

*Sammarth. Gall. Christ.* Ejusdem Mensis die vigesima quinta  
pariter Romæ supremum obiit  
Alexander Bichius patria Senensis  
qui Romæ literis apprime excultus, &  
cræ militiæ nomen dedit, atque  
Urbano VIII. Papa Insulanus Episcopus,  
necnon Apostolicus Nuntius apud  
Pro-Regem Neapolitanum constitutus  
est, inde vero ad Carpentoracensem  
Ecclesiam translatus, in Ludovici XIII.  
Franciæ Regis aula Pontificia funge-  
batur

batur legatione, ab eodemque Rege Sæc. XVII.  
 pingua non modo obtinebat beneficia, A. C. 1657.  
 sed etiam pacis ad foederatos Italiæ  
 Principes contra Papam armatos arbiter  
 decernebatur. Conjunxerat hic Præsul  
 cum ingenio ad summa quæque Eccle-  
 siæ munia aptissimo profundam animi  
 demissionem, qua se ad omnia ineptum  
 reputabat: Erat quoque in B. Virginis  
 cultu eximius, atque indefessus, & vi-  
 gilantissimus commissi gregis sui Pastor,  
 qui ut doctrinæ Christianæ pabulum  
 omnibus ubertim præberetur, maximo  
 Zelo in cunctis Parochorum electioni-  
 bus hæc verba sæpius eis inculcabat:  
*Super omnia vobis Catechesin commendo:*  
 Apostolici tandem sui laboris præmium  
 in cælis, ut pie speratur, beato fine  
 obtinuit, anno ætatis suæ sexagesimo  
 primo: Requiescit ejus cadaver in Ec-  
 clesia tituli sanctæ Sabinæ in Aven-  
 tino Monte.

## §. XI.

*Sex Cardinales ab Alexandro VII.*  
*inaugurati.*

Tertio primum Pontificatus sui anno Ciacon. in  
 die nona Aprilis Alexander VII. vita Ale-  
 Papa primo sex Præsules Romana Pur- xandr. VII.  
 pura decorabat, quorum primus erat  
 Flavius Chifius ejusdem summi Ponti-  
 ficis

Ff 5